





1713, 20<sup>a</sup>

*Ala*

DISPUTATIO JURIDICA

DE

MITIGANDA ADULTERII  
POENA OB DENEGATUM  
DEBITUM CONJUGALE,

QVAM

AUSPICIIS DIVINI NUMINIS  
EX DECRETO ET AUTORITATE  
MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS

4/

PRÆSIDE

D. JOH. FRID. TROPANNEGER, PP.  
ORDIN.

PUBLICICE DEFENDENDAM  
SUSCIPLET

CHRISTIAN. ABRAHAMUS SCHEDE, DRESD.  
LL. STUD.

HORA LOCOQVE CONSVETIS,  
AD D. XVI. FEBR. M DCC XIII.

---

L I P S I Æ,  
LITERIS IMMANUELIS TITH,

*Mon*

*Dono. Egelua*



DISERTATIO

INTEGANDA ADURTERII

POPIA QD DE REGALIA

LETTUM QD DE

ANNO 1711

CHRISTIANUS

D. JOHANNES

FRANKE

CHRISTIANUS

FRANKE

FRANKE

FRANKE

*Handwritten mark*



## CONSPECTUS.

- §. I. *In genere recenset Causas quasdam pœnam mitigantes.*
- §. II. *Tractat Pœnam Adulterii, quando hoc saltem fuit attentatum &c.*
- §. III. *Item si maritus aut uxor propter impotentiam coeundi cum alio sese commisceat, ubi transitus fit, ad denegationem debiti conjugalis.*
- §. IV. *Quam sub desertione comprehendi asserimus.*
- §. V. *Ufu vocis id indigitante.*
- §. VI. *Sacrisque literis in Textu 1. Corinth. 7. comprobantibus.*
- §. VII. *Uterius Thesin probat exaggeratque à verbis Lutberi.*
- §. VIII. *Insimulque ab auctoritate Doctorum.*
- §. IX. *Fundamenta debiti conjugalis examinat.*
- §. X. *Continuat.*
- §. XI. *Exceptiones propter quas debitum Conjugale iuste aliquando denegatur pertractat cum allegatione c. 2. X. d. Conj. lepros.*
- Quod in §. XII. explicatur.*
- §. XIII. *Refutat sententiam eorum qui sufficientem ad denegandum debitum causam esse putant, patrimonium insufficienti.*
- §. XIV. *Quid si conjuges mutuo Consensu ad tempus à se invicem abstineant?*
- §. XV. *Improbat votum perpetue abstinentiæ.*
- §. XVI. *Adducit Pontificiorum opinionem.*

- §. XVII. Textum in Can: Si tu abstines 24. Caus. 27. Quest. 2. cum Prejudiciis sistit.
- §. XVIII. Fœmina cujusdam ex affectu Melancholico debitum Conjugale denegantis exemplum suppeditat.
- §. XIX. Similiter fœminam prætextu diversa Religionis amplexus maritales abhorrentem exhibet.
- §. XX. An mulier debitum denegans contra maritum adulterum ad divortium agere possit, querit?
- Id quod §. XXI. negat.
- §. XXII. Neque enim matrimonii vinculum ob adulterium ipso jure dissolvi.
- §. XXIII. Adeoque imploratione Officii judicis potius opus esse ad reconciliationem tentandam.
- §. XXIV. Qua inutiliter adhibita pœnis quoque partem refractariam coerceri.
- §. XXV. Denique etiam matrimonium quoad ipsum vinculum dissolvi posse concedit.
- §. XXVI. Quo casu marito adultero per sententiam dissoluto novum matrimonium inire permittitur.
- §. XXVII. Adducto Responso quodam Facultatis Juridica.
- §. XXVIII. Totius materia difficultatem exhaurit.
- §. XXIX. Constitutionis Elect. 19. P. 4. mentionem injicit.
- §. XXX. Colophonem imponit.





## I. N. S. S. T.

### §. I.



Um varia aliquando sese exerant causa, propter quas Judex in pronunciando benignam interpretationem potius, quam rigorem juris sequi tenetur, habita quippe ratione ætatis *l. 37. §. 4. ff. d. Minor. dignitatis l. 10. C. d. Dignitat. & sexus l. 4. ff. d. his qui not.*

*inf.* ita etiam circa delictum Adulterii circumstantiæ quædam occurrere possunt, quæ Ordinariam in Extraordinariam pœnam commutant. Quid si enim Reus adulterii, crimen quidem confessus sit, alterius vero partis confessio deficiat, nequiquam hoc pro plena probatione habendum erit, cum nemo ex sola confessione pœnam luere debeat, nisi prius aliter constet crimen verè perpetratum esse *l. 1. ff. d. question.* quam ob causam *Constitutio Electoralis 33. part. 4.* disposuit, quod, licet fur cum rebus furto ablati deprehensus, delictum fateatur, locum simul & personas, quibus res abstulerit indicet, Judex vero nihil certi, de eo cognoscere possit, ejusmodi reum morte afficiendum non esse, *v. Har-*

*mannus Pistor Obs. 33. n. 49.* ut adeo utriusque partis confessio, quæ hac in parte est necessaria, Corpus delicti repræsentare videatur, unius autem tantum, pro allegatione propriæ turpitudinis & minus sufficienti ad pœnam ordinariam agnoscenda.

§. II.

Eadem æquitatis ratio, reum à Pœna ordinaria liberat, si adulterium in nudo conatu eoque remotiori consistat, nec ad consummationem fuerit perductum. In rei veritate enim tunc commissum non est, utpote quod in violatione thori, (quæ fit per commixtionem seminis,) consistit, præprimis cum attentatum delictum nisi sit atrocissimum regulariter mitius coerceri soleat, *Jul. Clar. l. 5. sent. §. 1. n. 9.* Idque *Ordinationi Criminali art. 178.* nec non dispositioni *Juris Saxonici in c. 39. des Lehn Rechts,* ubi dicitur: *Es geschicht an Willen noch an schlechten Wortten keine Gewalt, wenn keine That darnach folgt,* luculenter admodum convenit. Quo facit secundum *Carpzovii Praxin Criminalem* ejusdemque allegata Præjudicia P. 2. Q. 61. n. 7. *injuriam adulterii principaliter in suppositione falsi partus & insitione stirpis spurie consistere, quam injuriam in attentato hoc crimine nondumque perfecto metuendam non esse, ut adeo cessante causa alicujus juris ipsum quoque jus cessare debeat l. 6. §. 2. ff. de Jur. Patron.* sic & mitigationem pœnæ in crimine Adulterii efficit error & ignorantia, si concumbens cum alterius uxore nesciat eam esse conjugatam, illamque pro soluta tractaverit. Sine dolo enim delictum non committitur, multo minus adulterium *l. pen. ff. ad L. Jul. d. adult.* sed certa requiritur scientia, quod fuerit uxor, inde etiam reus, qui ignorantiam præ-



prærendit perjuramenti præstationem eam corroborat, eo-  
que præfinito, non nisi fornicationis pœnam incurrit.

§. III.

Quo fit ut & remissio Conjugis innocentis locum  
hac in parte inveniat. Quanquam enim ista in duplicato  
adulterio non admittatur *Const. Elect. 19.* hoc ipsum tamen  
in præsentī casu, quo maritus coadulterantem fœminam esse  
ignorat limitationem suam accipit, cum respectu adulteran-  
tis mariti, non nisi simplex adulterium commissum esse  
appareat, in quo, intercessioni Conjugis juxta allegatam  
Constitutionem locus relinquetur. Quo pertinet porro,  
si maritus ob conjugis impotentiam coeundi, extra matri-  
monium sese commisceat adulteriumque perpetret: Qui-  
buscunque autem modis hæc impotentia contingat, vel ex  
defectu quodam virium naturali, aut alio quodam infortu-  
nio, nostrum non est indagare, sufficit potius facultatem coe-  
undi deficere, alterumque remedio uestionis destitutum ad  
hanc libidinem quasi concitari, ut propterea mitius supplici-  
um infligendum veniat, partim quod hoc delictum non ex  
malitia aut temeritate descenderit, partim quod pars nocens  
ope conjugali privata hoc fecerit, ut aliquo modo ignoscen-  
dum ei sit, qui causa quadam commotus & irritatus quasi de-  
liquit *l. 38. §. 8. ff. ad L. Jul. d. adult.* conferatur pluribus de  
hac materia differens *Carpz. in Praxi Criminali P. 2. Quest.*  
*61. n. 14.* Hæcque ut ad scopum nostrum propius accedamus  
dicta sunt, quando viro aut uxori deficit facultas coeundi, ea-  
demque sine culpa comparata: nunc quoque penitius inspici-  
endum est, si debitum Conjugale non propter impotentiam,  
sed ex malitioso & doloso proposito fuerit denegatum,  
qualis pœna in ejusmodi adulterum sit statuenda? De qua  
Mate-

Materia cum præfens nostra conscripta sit Dissertatio, lubenter, nec sine ratione omitimus, verborum suscipere velle & nucleationem, qua alii omnem fere paginam absolvunt, dum rerum argumenta & negotio nostro inservientia potius examinanda sunt.

§. IV.

Nemo autem in dubium facile vocaverit, denegationem debiti conjugalis pariter sub desertione tanquam sub suo genere comprehendendi. Sicut enim in hac proprie dicta, persona præsentiam suam alteri sine justa causa subtrahit, seque in locum remotiorem confert, ita in illa, persona quidem corpore præfens animo tamen absens debitum conjugale ex animo malitioso & nimia morositate vel concepto odio, erga conjugem pertinaciter denegat, reddereque recusat, quam causam per interpretationem extensivam & consuetudinem receptam maritum interea temporis adulterio pollutum a pœna ejusdem ordinaria excusare, eundemque potius Extraordinaria (quæ est aliquando fustigatio, & perpetua relegatio aliquando hæc sola) afficiendum esse *Doctores* fere unanimiter statuunt *Brücknerus Decis. Matrimon. C. 18. Lutherus Tom. 3. Jenensi in libr. d. vita Conjug. Bidenbach. d. Causs. Matrim. Fol. 99. Nicolai Tractat. d. Repud. & Droort. p. 2. C. 2. n. 53. Dedekin. Consil. Matrim. rubr. d. malis. desert. Carpz. Praxi Crim. P. 2. quest. 61. n. 21.*

§. V.

Id quod vel vocabulum ipsum deserere indigitat, quod in Jure nostro pro non observare & negligere accipitur, quando promissionem & vadimonium deseruisse dicitur is, qui promissa non servavit, nec ad diem destinatum com-

comparuit, L. 4. §. 4. *Si quis Caut. in jud. sst.* Eo ipso enim dum finem tam principalem, quam per consequens minus principalem alteruter conjugum non vult implere, non solum fidem semel datam rumpit frangitque, sed etiam causam adulterii satis propinquam præbet, ut individua hæc vitæ consuetudo disrumpatur, de quo desertore Lutherus suam explicat animi sententiam. *in verbis:*  
**Jch wolte keinen Buben lieber hencken und köpffen lassen, denn einen solchen Buben.**

§. VI.

Quibus adstipulatur sacrarum literarum autoritas *in textu 1. Cor. 7. v. 15.* Si infidelis discedit, discedat, non est servituti subjectus frater aut foror in hujusmodi &c. quæ verba, quamvis de desertione hominis infidelis & Ethnici concepta esse videantur, ut proinde ad aliam ejus speciem, tanquam materia odiosâ, non extendenda sint: ex interpretatione tamen communi, sub hac concessione quævis persona injuste deserta continetur, nullo respectu habito an sit fidelis, an infidelis. *Melanchthon loc. d. Conjug. desert. Menzerus d. Conjug. circa fin. d. Desert.* Præterquam enim quod desertorem non Professio sed factum ipsum infidelem faciat, qui suorum curam negligit, fidem negat, & infideli quovis est deterior, & talis nequam confiteatur quidem se nosse Deum, facto autem neget, ita nulla ratio diversitatis inter deserentem fidelem & infidelem suppeditari potest: cum nullus desertor fidelis sit, iniquum proinde personam temere opere conjugali destitutam & remedio unctionis privatam sub alieno jugo detineri, laqueosque conscientia innocentis imponi. Licet igitur in allegato

B

Scriptu-



Scripturæ loco principaliter de infideli qui religionis Christianæ odio fidelem conjugem deserit, fermo sit, in facto tamen non adest disparitas sed potius conformitas, quando non quidem ob Christianæ religionis professionem, sed alias ob causas, conjux odium ac tædium adversus conjugem concipit, ab eoque se liberare cogitat, æquale igitur periculum & damnum in personam desertam redundat ex quacunque causa desertio oriatur. Ex quibus manifestum est, infidelitatem matrimonio non esse contrariam, sed fidelem cum infideli nihilominus cohabitare fidemque servare debere, cum persone qualitas, actionem non variet, sed furtum maneat furtum, sive ab Ethnico sive à Christiano committatur.

§. VII.

Ut adeo malitiose absens cum præsentem debitum conjugale denegante, quoad effectum comparetur. Id quod supra allegatus *Lutherus in libello von Ehelichen Leben Tom. 6. Witteb. Fol. 171.* expressis verbis exprimit quando ita loquitur, die dritte Ursache, wenn sich eines dem andern selbst beraubet, und entzeucht, daß es die Eheliche Pflicht nicht zahlen, noch bey ihn seyn will, als man wohl findet, so ein halsstarrig Weib, daß seinen Kopff aufsetzet, und solte der Mann zehn mahl in Unkeuschheit fallen, so fragt sie nichts darnach: Hier ist's Zeit, daß der Mann sage, willst du nicht, so will eine andere, will die Frau nicht, so komme die Magd, so doch, daß der Mann zuvor zwey oder drey mahl sage und warne, und lasse es vor andere Leute kommen, daß man öffent-

öffentlich ihre Halsstarrigkeit wisse, und für der  
Gemeine straffe, will sie denn nicht, so lasse sie von  
dir, und laß dir eine Esther geben und die Vasthi  
fahren, wie der König Ahasverus thät. Ob quæ ver-  
ba, sensu autem eorum non rite perspecto, pessime  
perstringitur laudatus Lutherus ab adversariis, quasi ma-  
rito indulgeret, uxore concubitum denegante, mox ad  
ancillam sese convertendi potestatem, cum tamen ex  
subsequentibus verbis imo integro contextu appareat,  
de divortio à Magistratu faciundo, & postmodum de an-  
cilla, sive alia ducenda, sermonem esse. *Harvemannus*  
*Gamol. L. 3. Tit. 7. Probl. 3.*

§. VIII.

Placet proinde Befoldi decidendi ratio, quam in  
hac materia adhibet *Vol. 3. Conf. 26. n. 27. Eum quippe,*  
*qui præsens debito Conjugali sese subtrahit, in majori con-*  
*temptu, ob veram contumaciam, versari, quam absentem*  
*desertorem, qui saltem sicte contumax existit. v. Dn. Stryck*  
*in Diss. d. desert. Conjug. Malit. Id quod etiam Grubelius*  
*in appendice Conf. Dedekin. Sect. 5. n. 2. uberius explanat.*  
Doch aber wenn die Seja ihren vorigen wider Cajum ge-  
fasten bößhafftigen Widerwillen und Haß von neuen so  
weit nachgehangen, daß sie sich auch endlich gar von ihm  
gerissen, in ihr Zimmer verschlossen, und die Ehe-liche  
Beywohnung ihme halsstarriger weise gänzlich verwei-  
gert, und bey diesen ihren unehelichen Beginnen nach,  
und nun in das sechste Jahr verharret, so ist in fleißiger  
Erwegung aller Umstände nichts anders zu befinden, als  
daß diese aus unverföhnlichen Haß ruhrende halsstarrige  
Ver-

Verweigerung der Ehehichen Pflicht und Beywohnung, für eine Desertion zu halten sey, denn ob sie gleich nicht aus dem Lande sich begeben, und, wie sonst in casu malitiosæ desertionis zugesehen pfleget, in die ferne verlauffen hat, so wird doch dieses nicht als ein Essential oder bloßer Dinge nöthiges Stück darzu erfordert, sondern ad formalem rationem desertionis, ist genug die eigentliche unbefugte Entziehung der Ehehichen Beywohnung mit beständigen Vorsatz darbey zu verharren. Daß aber die Person aus dem Lande sich begeben, ist ein Accidental - Umstand.

§. IX.

Operæ pretium hinc est, fundamenta debiti conjugalis perspicere, quibus cognitio de denegatione in justa, quæ ex diversis causis ori i solet, feliciter dijudicare queamus. Convenit autem institutioni primæ hæc conjunctio animorum & corporum, quæ proinde tam arcta dicitur, ut qui duo fuerant, nunc una caro sint. Et quia neuter conjugum, Jus habet in corpus suum sed alter in alterius, ita uxor proprium corpus non habet in potestate, sed vir, sicut nec vir, suum. Quoniam itaque Conjuges matrimonialem quasi contractum do tibi corpus meum, ut des mihi corpus tuum, ineunt, sequitur exinde usum conjugalem temere subtrahendum non esse, sed alterum, vi obligationis ex mutuo in unam carnem consensu natæ, alteri ad promissionem fidei incorrupte servandam adstringi.

Quo pertinet porro causa impulsiva, quæ est ipsius conjugii relatio ad finem suum, nimirum procreatio sobolis *l. 120. ff. D. V. S.* Posteaquam enim Deus conjugalem hunc statum inter homines fundavit, certisque legibus determinavit insimul quoque mirabile mutui sexus desiderium utriusque sexui iniecit, ut in amplexus mutuos ruant, mutuoque amore semet prosequantur *Schilt. in Manud. Philof. Moral. ad Jurispr. c. 10. §. 5.* ut Republicæ hoc modo tanquam per seminarium conferventur, familiæque longius propagentur secundum *Cicer. l. 1. off.* Quo respexit *Imperator Justin.* dicens: *nihil in rebus mortalium perinde venerandum est atque matrimonium, quippe quo liberi omnisque deinceps sobolis series existat, quod Regiones atque Civitates frequentes reddat, unde denique optima Reipublicæ coaugmentatio fiat in Novell. in 140.*

## §. XI.

Limitatur tamen etiam hæc nostra assertio, ita ut conjux juste debitum conjugale denegare valeat, si alter morbo quodam Contagioso laboret, infectionisque periculum immineat, hoc enim casu sana pars est liberanda ab obligatione præstandi debiti, cum nullus sese obliget officio matrimonii, nisi salva propria incolumitate, quæ semper anteferenda, nec licet malum facere, ut inde eveniant bona: vel ipso ordine naturæ id confirmante, imo exigente ut prius quisquam in se ipso perficiatur, quam alii suam perfectionem per generatio-

nem communicet. *Brunnemannus ad l. 6. ff. d. Divort. & Repud.* Neque enim hiſce obſtat *c. 2. x. d. Conjug. leprof.* quod ſi uxorem vel virum leproſum fieri contigerit & infirmus in ſano carnale debitum exigat in generali præcepto nulla hoc in caſu exceptio invenitur. Quam imprudenter vero hic ſeſe geſſerit *Alexander III.* in hac materia decidenda, qui Apoſtoli præceptum, ad quemlibet caſum, etiam extra ſanitatæ ſtatum, contra regulas ſanæ legum interpretationis in *l. 17. 18. 19. 25. 29. 30. ff. d. legib.* extendere voluit *Brucknerus* animadvertit in *Decif. Matrim. c. 23. n. 46.*

§. XII.

Quamobrem & allegatum Capitulum de eo Caſu interpretantur Doctores, ubi morbus non eſt contagioſus, neque etiam parti ſanæ periculum infectionis imminet, conferatur *Sanchez d. Matrim. l. 9. Diſp. 24. n. 14.* ex profeſſo hanc materiam tractans & *Novell. Leonis 112. circa fin.* Sicut & alii, id quod hætenus de morbo corporis dictum, ad morbum animi applicant, ſtatuentes virum mentis compotem, uxori amenti propterea quod probabile ſit, fore, ut infantiæ furore correpta foetum in utero necet, debitum conjugale denegare poſſe, ceſſante autem hoc periculo, vel quod nulla propter ætatem aut ſterilitatem concipiendi ſpes adſit, vel quod non furioſa amplius exiſtat licitum eſſe congreſſum, v. *Schröckerus in Diſp. d. eo quod juſtum eſt, in puncto malitiõe deſertionis. §. 8.*

§. XIII.



Eorum vero merito improbatur sententia, qui sufficientem ad denegandum debitum, causam esse defendunt, quando liberorum sustentationi facultates defunt: Quorum fundamentum præcipue in eo ponitur, quod nemo teneatur id solvere, quod sine gravi incommodo facere non potest, incommodum autem illud vel maxime apparere si quis videat plures se habere liberos quam alere queat, fame eos confici; mirum in modum torqueri, vitam acerbissimam duci ac interdum desperationem adduci. Quæ opinio regulis pietatis plane contraria Ethnicorum potius quam Christianorum est, dum sobolis procreatio humanæque speciei propagatio est matrimonii finis primarius, illudque condecorat, ut adeo & media ad illum comparandum necessaria negligi non debeant. Id quod similiter ferè, attamen minus recte autumatur recordationem dolorum partus, mulieri justam debitum conjugale denegandi præbere causam de qua re vid. Antoninus Diana Tom. II. tr. 6. resp. 208. §. 3. p. 460.

§. XIV.

Quod si vero conjuges mutuo consensu ad tempus abstineant à debiti conjugalis præstatione, aliud obtinebit, neque enim tunc alter ob alterius abstinentiam conquiri, multo minus delictum suum hoc casu, si forsitan adulterium interim committat, ob denegationem modo dictam excusare, aut mitiorem sententiam sperare potest. Perpetuæ castitatis vorum autem si ambo conjuges promiserint Deo se minime debitum petituros,

con-



consuetudinem conjugalem non tollere *ex c. 16. 33. qu. 5. & c. 3. 32. qu. 2. c. 3. 30. qu. 1.* probatur: esset enim hoc defraudare conjugem, debitum negare velle, & jus ac Ordinationem summi Legislatoris intervertere, qui homines ad societatem conjugalem condidit, insimulque præcepit ut terram repleant, & Reipublicæ Christianæ feminarium propagent, *vid. Aug. Conf. art. 23. verb.*  
 Wie ab. r. kein Menschlich Geseze Gottes Gebot kan weg thun oder ändern, also kan auch keine Gelübde Gottes Gebot ändern.

§. XV.

Nec quicquam prætextus Religionis hic confert, qui Religioni plane contrarius, dum omne votum de re illicita & in potestate voventis non existente conceptum pro impossibili habetur, adeoque vi obligatoria destituitur. Est enim appetitus unius sexus ad alterum æque naturalis, ut appetitus cibi & potus, quod *Luth. rus noster in libro von Ehelichen Leben Part. I. Tom. 2. Altenb. p. 209.* emphaticis verbis exprimit. *Verbum hoc quod Deus dixit crescite & multiplicamini non est præceptum, sed plus quam præceptum nempe opus divinum quod impedire aut omittere non est nostri arbitrii sed æque necessarium quam edere, bibere, corpus exonerare, dormire, vigilare. Est natura ipsa implantata perinde ac membra ipsa isthuc pertinentia: Propterea sicut Deus nemini præcipit ut mas aut femina sit. Sed tales creat, sic non tam præcipit ut multiplicationem sed ita creat, ut homines multiplicari oporteat. Et si quis hoc prohibere velit manet tamen non prohibi-*

*bibitum, & sese exerit per scortationem, adulterium & peccata muta, est enim res nature non arbitrii.*

§. XVI.

Qua occasione rideri merentur decisiones Pontificiorum, qui prohibent propter votum aut delictum ali- quod exigere debitum conjugale; jubent vero istud red- dere *c. 1. x. d. eo. Qui. Cogn. Consang. ux. c. 4. x. eod. c. 10. & 11. x. eod.* de qua re supra allegatus Sanchez de Sanct. Ma- trim. Sac. l. 9. Disp. 7. sequentes tradit conclusiones: ma- ritus cui petere est interdictum, cum tamen reddere tenea- tur, ut contingit quando voto castitatis ligatus est, aut post matrimonium illicitam contraxit affinitatem, aut cognationem cum uxore, potest non nunquam se insinuare uxori & offerre ad usum conjugalem, petereque ab ea debitum non ingratiæ sui, nempe ut suo appetitui morem gerat, sed gratia uxori complacendi, nec reddendo ei matrimo- nium grave & onerosum: Si ambo conjuges promiserint Deo se minime debitum petituros, possunt ambo commisce- ri, non quidem debitum petendo, (id enim adverteretur voto emisso) sed quando quilibet sentiret alium indigere ut propter incontinentiæ periculum. Hic sistitur castitatis specimen à Pontificio, ut de reliquorum sanctitate mo- rum ac vitæ, judicium sumi queat. Plures casus, quos studio omittimus, & quibus quis à conjugalis debiti præstatione excusatur, congescit Zachias in *quest. med. legal. l. 7. tit. 2. quest. 3. & 4. item Sanchez. allegato loco*, cu- jus lectio tamen castas sæpe aures offendit.

§. XVII.

Varias vero dari causas easque injustas, ob quas una  
C pars

pars à debiti conjugalis præstatione sese excusare studet, supra posuimus, quibus apparentibus remedio ultiõnis destituta, in crimen adulteriũ interim incidens injuste quidem facit, nec sine pœna eam esse relinquendam defendimus (ne delictum unius alterum ad delinquendum invitet) Ordinaria tamen pœna locum sibi neutiquam vindicare poterit per textum expressum *in Can. si tu abstines 24. Caus. 27. quest. 2.* in verbis, *si tu abstines sine uxoris voluntate, tribuis ei fornicandi licentiam & peccatum illius tunc imputabis abstinentie:* Unde pronunciant Scabini Lipsienses ad Consultationem Georgii Wolffgangi Goldackeris Mens. April. 1591. Da c. K. Wie Recht darthun möchte, daß ihn, seinem Fürwenden nach, sein Weib darzu Ursach gegeben, und ihm oftmahls verlassen, und, wenn sie wieder zu Hause kommen, seiner keiner Gnade haben, noch seinen Willen thun wollen, so möchte er mit der ordentlichen Straffe des Ehebruchs verschonet, und mit Staupenschlägen und ewiger Landesverweisung in Straffe billig genommen werden. Sicut & An. 1710. cuidam coram Præfectura Lipsiensi in captivitate hærenti, ob confessionem adulteriũ factam exceptionemque denegati debiti Conjugalis allegatam, Carceris duntaxat pœna imponebatur in verbis: Demnach vor Recht, anlangende, N. N. ist selbiger des gestandenen Ehebruchs halber gestalten Sachen nach, und in Ansehung der miteilauffenden Umstände auf sechs Wochen lang mit Gefängniß zu bestraffen etc. Cujus ratio decidendi haud obscure hæc est, quod per denegationem injustam mulier marito causam adulteriũ præbuerit, eandemque satis propinquam.



Quale exemplum curiosum foeminae cujusdam ex affectu Melancholico debitum detrectantis Autor quidam recenset.

Aus deroeselden an uns abgelassenen Schreiben und beygefüigten Acten, haben wir ersehen, welcher gestalt Sebastian Themme, Einwohner und Hufschmidt zu Rockensfüßen, mit Anna Maria Thoma Gallubens daselbst hinterlassenen Tochter am 6. Novemb. nechst abgewichenen 1664. Jahres vermittelst öffentlichen Kirchgangs und Priesterlicher Benediction sich ehelich copuliren und trauen lassen, gedachte Anna Maria aber als Braut ihrem Bräutigam ehelich beyzuwohnen, sich von Anfangs bis datum beharrlichen verweigert habe, mit Fürwenden sie könnte ihn nicht lieb gewinnen, dabey auch solche Dinge fürgeben, daß die Herrn in die Gedanken gerathen, sie möchte vielleicht mit schwerer Melancholey behaftet seyn; und derhalben Verordnung gethan, daß der Gräfliche Hof- und Land-Medicus zu Greussen, Herr Volckmarus Bode, mit bedürffenden Medicamentis ihr an die Hand gegangen, zu deren gebürlichen Gebrauch aber sie nicht bewogen werden können, und endlich gar davon gegangen, und sich nach Großen Gotttern, für eine Dienst-Magd vermiethet. Worüber der Bräutigam Sebastian Themme in Ungedult gerathen will, mit Fürwenden, er könne auf solche weise länger nicht leben, würde endlich auch davon gehen, und seine Gelegenheit anders suchen müssen, und bittet demnach zum inständigsten, daß entweder die Braut zur Ehelichen Beywohnung angehalten, oder er von derselben, mit Erstattung aller verurtheelten Schäden und Unkosten, separiret, und sich anderweit

weit zu verheyrathen verstattet werden möge. Wann dann die Herrn uns ersuchet, die Acta mit Fleiß durchzulesen, und unser Theologisches und in Heiliger Göttlicher Schrift gegründetes Bedencken zu eröffnen, auf was maße mit gedachten Eheleuten, sonderlich über der von Bräutigam gesuchten Separation und Verstattung anderweitiger Heyrath zu verfahren sey? Als haben wir die Acta fleißig durchlesen nach allen Umständen die Sache wohl erwogen, und Uns folgenden Schlusses verglichen: Wann auf Seiten der Braut die Wiederwärtigkeit aus schwerer Melancholey herrühret, oder zum wenigsten bey denen Herrn Medicis die Vermuthung noch bleibt, daß sie mit dem affectu melancholico behaftet, und solcher der bisherigen wiederwärtigen Bezeigung eine Ursach sey, so kan noch zur Zeit die von Bräutigam gesuchte Ehescheidung nicht statt haben, sondern muß derselbe, wie bishero, also ferner zur Christlichen Gedult verwiesen werden, und wieder in diesen Fall seines Hauswesens wegen so viel waschen und kochen betrifft, indessen Anstalt zu machen wissen, daß er sich noch eine Zeitlang hinbringen, und den Ausgang erwarten könne. Auf Seiten der Braut aber wird noch ferner dahin zu sehen seyn, wie sie zum Gebrauch dienlicher Medicamenten zu bringen, und der anhangende affectus melancholicus dadurch curiret, oder doch so weit gehoben werde, daß die Traurigkeit sich lege, und würde so wohl der Pfarrer selbiges Orts, als andere, die sonst um sie seyn, sie zum fleißigen Gebet ermahnen, mit Trost-Sprüchen aus Heil. Schrift aufzurichten suchen, und den gegen ihren Bräutigam geschöpfften Widerwillen, ihr durch freundlich zureden, zu benehmen, ihme angelegen seyn lassen.

Wird

Wird sich aber befinden, daß mehr gedachter Braut Widerwillen nicht aus vorhergehender und natürlicher Melancholey herrühre, sondern aus Bosheit, und daß ihr des Bräutigams Person, Gestalt und Zustand nicht gefalle, ihren Ursprung habe, wie uns aus denen Acten mehr glaublich vorkommet, so wird sie nochmahls von denen Gräflichen Herrn Consistorialibus ernstlich zu ermahnen seyn, daß sie von bisherigen bösen Beginnen abstehe, zu ihrem Manne sich verfüge, und ihm, wie einem Ehegatten gebühret, die Ehliche Pflicht und Schuldigkeit leiste, mit ausdrücklicher Verwarnung, daß sie widriges Falls durch Zwang darzu solle angehalten werden. Würde sie aber bey ihren bösen Beginnen verharren, und zur Ehelichen Beywohnung sich nicht bewegen lassen, so wäre sie mit Gefängnis so lange zu belegen, bis sie sich zur Schuldigkeit bequemen, oder so sie auch durch Zwangs Mittel nicht zu gewinnen würde, so würde sie als eine Desertrix conjugis zu halten seyn, und statt haben was Paulus 1. Cor. 7. v. 15. von den Ungläubigen saget: so aber der Ungläubige sich scheidet, so laß ihn sich scheiden, es ist der Bruder oder die Schwester nicht gefangen in solchen Fällen, und würde also Sebastian Ehemme von ihr können losgesprochen, und daß er sich anderweit verhehlichen möchte, ihm verstattet werden. Hingegen würde Anna Maria Ballubens mit Landes Verweisung oder anderer exemplarischer Straffe, andern zum Abscheu, anzusehen seyn. Welches denen Herrn in freundlicher Antwort wir nicht verhalten wollen. Und bleiben denselben freundlich zu dienen willig und bereit. Gegeben Sehna am 9. May Anno 1665.

Ejusmodi foeminam refractariam quoque praetextu diversae religionis amplexus maritales abhorrentem exhibet *Dn. Strykius in Tract. d. Desert. Conjug. Malit. Sect. 5. S. 22.* Hat ein unmittelbarer Reichs-Cavallier in Schwaben Lutherischer Religion sich vor mehr als 20. Jahren mit einer Römisch-Catholischen Fräulein in den Ehestand begeben, darinnen sie 3. Söhne und etliche Töchter gezeuget, daneben aber, weil er auf vieles zureden der Catholicorum seine Religion nicht verändern wollen, die Gemahlin eine große Aversion gegen ihn spüren lassen, welche dergestalt genommen, daß sie bereits vor 6. Jahren angefangen ihm das Debitum conjugale zu versagen, auch dazu auf öftters Ansuchen sich nicht verstehen wollen, vielmehr gesucht ihm würcklich Gift beyzubringen, und durch allerhand der Zaubereyen halber verdächtigen Sachen, welche sie an den Orten, wo er gehen, sitzen oder liegen müssen, legen, auch einmahl Froschleich unter die Speise thun lassen, ihm entweder sein Leben zu verkürzen, oder um seine Mannheit zu bringen, darauf sie ferner angefangen seine beste mobilien hinweg zu schaffen, auch endlich am 26. April des 1693. Jahres in seinem Abwesen mit ihren Töchtern sich gar davon begeben, und ihm dabey sagen lassen, daß sie nimmer wieder zu ihm zu kommen verlangte; und er sich anderweit verheyrathen möchte, wohin er wolte, auch nachhero durch seine Röchin, welche sie zu sich erfordern lassen, ihm Gift unter den Essen beyzubringen gesucht, deshalb auch das geistliche Ministerium zu Ulm, daß die Separatio quoad vinculum angeregter Ursachen halber wohl statt haben möchte, respondiret, und also von uns gefragt wird: Ob wir mit dem geistlichen Mini-

Mini-



Ministerio zu Uln davor halten, daß obbemeldter Reichs-  
 Cavallier auf die ietzt angeführte, theils in facto notorie sich  
 befindliche, theils sonst erweisliche Umstände, und die er  
 zum Überfluß bey seinem Gewissen, und Adelichen Treue  
 und Glauben wahr zu seyn versichern läffet von seiner Ge-  
 mahlin gänzlich zu scheiden sey? Ob nun wohl beyderseits  
 Personen mehr als 20. Jahr bereits in Ehe gelebet, auch  
 durch den Segen Gottes unterschiedene Kinder gezeuget,  
 und die Ehe ohnedem ein solches Band ist, welches Gott  
 selbst verknüpffet, und also von Menschen nicht getrennet  
 werden soll; aus der specie facti auch nicht erscheinet, daß die  
 Gemahlin jemals an ihren Ehe-Herrn treulos worden, und  
 mit andern in verbotener Liebe gelebet, welche causam adul-  
 terii unser Heyland allein expresse benennet, und solche zu-  
 reichend achiet, sein Weib zu verlassen. Ueberdem die Ge-  
 mahlin der Königlich-Catholischen Religion zugethan, nach  
 deren Principiis nicht einmal der Ehebruch genug ist, das  
 vinculum matrimonii dergestalt aufzuheben, daß ein oder  
 andere Theil zur andern Ehe schreiten könne; Ferner auch  
 die insidiae vitae structae von denen meisten, nur ad separa-  
 tionem quoad thorum & mensam, nicht aber quoad vin-  
 culum gültig geachtet werden. Weil aber dennoch die Ge-  
 mahlin ihren Ehe-Herrn bereits von etlichen Jahren her  
 das Debitum conjugale beständig versaget, und sich zu einer  
 andern Bezeugung nicht disponiren lassen wollen, derglei-  
 chen pertinax denegatio aber pro desertione, und also zur  
 Ehescheidung zureichend geachtet wird, wie solches so wohl  
 bey denen Theologis. vid. Gerhard. d. Conjug. §. 630. Ha-  
 veman. in Gamol. Lib. 3. tit. 7. probl. 3. als auch denen Jctis  
 Nicol. Tr. de Repud. L. 2. c. 2. num. 50. Beföld. Vol. 3.  
 Consil.

Confil. 26. num. 27. beständig angenommen, hierzu auch fern  
 ner kömmt, daß sie ihren Ehe-Herrn gar ums Leben zu brin-  
 gen gesucht, welche insidiae vitae noch härter als eine bloße  
 desertion anzusehen, indem eine Desertrix nur ihren Mann  
 verlässet, jene aber ihm das Leben zu nehmen, und dergestalt  
 durch eine Mordthat das von Gott bestätigte Band zu  
 zerreißen gedencket, welches eine viel grössere Untreu, und  
 also umb so viel leichter das Eheliche Band zerrissen, auch  
 diese ungemeyne malicia der Gemahlin dadurch vermehret  
 wird, daß da sie an ihres Ehe-Herrn Leben nicht kommen  
 können, sie denselben endlich völlig verlassen, die Töchter, so  
 doch in Väterlicher Gewalt gestanden, mit sich verführet,  
 und dabey den maliciosum deserendi animum zum Ueber-  
 fluß zurück vermelden lassen, daß sie nimmer zu ihm kom-  
 men wolte, welche würckliche Desertion nach der Lehre des  
 Apostels I. Cor. 7. den verlassenen Ehegatten von dem nexu  
 matrimoniali befreyet, wie solches in der Evangelischen  
 Lutherischen Kirche inter Theologos & JCtos abermahl  
 unstreitig ist. Gerhard. de Conjug. §. 624. Carpz. Jurisprud.  
 Eccles. Lib. 3. def. 56. num. 15. nach welchen Evangelischen  
 mit Gottes Wort übereinstimmenden Principis der Cav-  
 allier sein Christliches Gewissen, nicht aber nach den Rö-  
 misch. Catholischen Satzungen zu examiniren hat. So  
 tragen wir daher kein Bedencken dem Theologischen Gut-  
 achten des Ministerii zu Ulm beyzusplichten, daß nemlich  
 bey so gestalten Sachen die gängliche Ehescheidung hieselbst  
 allerdings statt finde, und dem Cavallier sich anderweit zu  
 verehlichen zuzulassen sey. V. R. W.

## §. XX.

An itaque mulier injusto hoc modo debitum dene-  
 gans,

gans, ob adulterium interim a marito perpetratum ad divortium agere valeat, non ingratum erit hic disquisivisse. Quoniam enim formale adulterii in violatione fidei conjugalis consistat, & mulier non secus ac maritus hanc ob causam actionem ad divortium tendentem instituere possit, (licet ob adulterium uxoris propter inquisitionem stirpis alienæ fortiores adsint rationes) plurimi etiam Ictorum eo inclinent, quod dissolutio matrimonii eo in casu quoque obtineat, licet pars adulterantem prius deseruerit nec debitum conjugale præstiterit *Zos. ad Decret. d. Divort.* cum hæc desertio sive denegatio pro causa saltem remota adulterii & per indirectum haberi debeat, neque confundenda, ubi directo proxime & immediate contingit, ut potius illius propriæ culpæ imputandum esse videatur, qui desertus Magistratui non indicavit, neque ad cohabitandum egit, & omnia potius æquo animo ferre, quam delicti reum se reddere debuisset.

§. XXI.

Quoniam tamen finis primarius matrimonii in eo versatur, ut Conjuges mutuo cohabitent, nec alter corpus suum alteri subtrahat, ne finis liberorum procreandorum impediatur remediumque contra ulationes e medio tollatur, is vero, qui vel ex malitia vel ex culpa alterum deserit contra debitum conjugale omnino graviter committit, nec dissolutionem a matrimonii vinculo petere potest, maximè, quando Conjux ad Venerem à natura propendens, (quod alteri incognitum esse nequit) deseritur, eisdemque causa adulterii satis propinqua suppeditatur quo pertinet supra allegatus *Can. 24. Caus. 27. quæst. 2.* ex quo loco *Dn. Zieglerus* Canonistas refutat ad *Lanzellottum lib. 2. tit. 16. §. 12.* qui existimant si uxor post conjugis ingres-

D sum

sum in Monasterium fornicata fuerit, quod ea maritum revocare non possit, quoniam scilicet hujus fornicationis causam præbuit maritus dum religionem ingressus est: Cæterum ille quidem qui adulterium commisit improbum sese gessit, alterius tamen improbitas propterea non tollitur, prout dissentientes suam assertionem hac in parte limitant, quando conjux studio & ex proposito alteri debitum conjugale denegat, ut alter ad adulterium quasi invitetur, dum hocce casu per se & directò sine dubio causam adulterii præbuit, secundum *Brunneman. d. Jur. Eccles.* ut adeo denegatione debiti probata, quod per juramenti præstationem fieri potest, deserens separationem totalem una cum restitutione illatorum quærendi facultatem non habeat.

## §. XXII.

Neque enim *Hübneri in Prælect. Digest. l. 24. tit. 2. §. 14.* aliorumque cum eo statuentium recepta est sententia in Consistoriis Evangelicorum quasi vinculum matrimonii ipso jure ob adulterium sit dissolutum, cum & in causa adulterii notorii cognitio & sententia declaratoria præcedens requiratur. *v. Nicolai d. Divort. p. 2. c. 1. n. 64.* idque vel maximè, quoniam pars adulterans quasdam pro se exceptiones allegare poterit, quæ dissolutionem à vinculo impediunt. Quin imo si hoc principium admitteretur unusquisque conjux alterius impatiens, vel debitum denegaturus vel ad breve tempus alterum deserturus esset ut hoc modo à conjugii nexu liberaretur. Quoniam vero prius indagandum est semper, an animus deserendi maritalis & constans adsit, id quod per Processum desertionis commode fieri potest, an non spes reconciliationis promoveri, si debitum conjugale fuerit denegatum ex affectu

fectu Melancholico aut alia causa injusta, de quibus in superioribus actum, ideo privatim à se invicem recedendi facultas concedenda non est, quod publice fieri expedit.  
*Conf. Dn. Hornii Respons. 12. Class. 3. p. 191.*

§. XXIII.

Quamobrem maritus remediis in jure sibi indultis utatur, qui officium Magistratus imploret ut persuasionibus pariter & severis admonitionibus adigat denegantem ad debiti conjugalis præstationem c. 6. x. d. adult. & supr. in verb. nihilominus eam cogas ut illum recipiat & maritali affectione pertractet c. 13. x. d. restit. spol. Hinc Carpozovius in *Jurispr. Consist. tit. 12. de fin. 207. lib. 2.* rescripti cujusdam inter alia meminit Demnach K. vorbringen lassen, daß ihm sein Weib Zeithero nicht beygewohnet, und ihr eingebrachtes Guth entzogen, derowegen zu Ehelicher Beywohnung, und Darreichung der Nutzung von ihren Güthern sie anzuhalten gebethen, Befl. aber weder der Desertion noch Vorenthaltung einiger Nutzung ihres eingebrachten Guthes geständig gewesen, sondern darwieder exceptive eingewendet, daß sie mit sterswährender Krankheit beladen von ihrem Manne keinen Unterhalt erlangen können, und wegen Abfalls seiner Nahrung in Gefahr stünde, daß sie um ihr Armuth gänzlich gebracht werden möchten. Als haben wir der Befl. auferleget, ihren Ehe-Mann nicht allein zu Eische, sondern auch, so viel ihr wegen der angezogenen Krankheit möglich, zu Bette bezuwohnen.

§. XXIV.

Reconciliatione autem frustra tentata, & muliere in contumacia pertinaciter perseverante, coercitioni Magistratus politici subjicitur certa que mulcta ad id adigitur. Cum enim personæ desponsatæ conjugium per nuptias

consummare nolentes, poena pecuniaria coerceantur  
*Beust. d. Sponsal. c. 61.* cur non ob eandem imo majorem  
 rationem post matrimonium per nuptias consummatum  
 conjuges sese deserentes iisdem mediis ad cohabitandum  
 compellerentur, cum longe facilius rumpantur sponsalia  
 quam matrimonium *Carpz. Jurispr. Consist. tit. 12. defm. 208.*  
 id quod sanctioni Electorali in *Ordinatione Eccles. sub tit.*  
**von Ehe-Sachen** rubr. von Ehe-Gatten, so einander böß-  
 lich verlassen, & Ordinationi Matrimoniali d. An. 1624. §.  
 wird denn auch *ic.* apprimè conveniens est in verb. würden  
 auch zwey Eheleuten sich selbst von einander sondern, ohn-  
 geachtet, daß sie gleich nicht ausserhalb Landes gewichen,  
 und sie wolten sich beyderseits nicht wieder versöhnen lassen,  
 so sollen sie beyde, oder das eine Theil, so unver söhlich, mit  
 Gefängniß so lange gestraffet werden, biß sie einander wie  
 sichs gebühret, ehelich beywohnen, quem in modum Con-  
 sistorium Supremum Senatui Haynensi An. 1628. rescripsit,  
 begehren hierauf ihr wollet ihn alsbald zum wenigsten auf 8.  
 Tage mit Gefängniß Straffe belegen, und desselben nicht  
 eher entledigen, er habe denn vorher zugesaget, daß er seinem  
 Weibe hinführo beywohnen wolle.

§. XXV.

Qua omnia si effectu destituantur suo separatione quo-  
 que quoad thorum & mensam in utiliter adhibita, divortio  
 locum relinqui posse tradunt, *Havemannus Gamol. lib. 3.*  
*tit. 7. Probl. 3. Brochmandus Syst. Theol. d. Conjug. §. 630.*  
*Nicolai Tract. d. Repud. & Divort. p. 2. c. 2. n. 53. Brückner.*  
*Decis. matrim. c. 18. n. 18. Gerhardus loc. d. Conjug. n. 631.*  
 Qua de re ita judicat *Agidius Hunnius apud Dedekm. Vol.*  
*3. tit. d. Divort. Sect. 6. n. 15.* In Fall aber das Weib in keine  
 reconciliation sich begeben, sondern auf ihren gefastem  
 Sin

Sinne verharren; und ihren Ehe Gemahl keine Eheliche Beywohnung nimmermehr zu leisten willens, als könnte man nachmals desto sicherer mit besseren Gewissen auch mehrern Verstande auf Extremum Remedium divortii gedencken; Quo facit præjudicium nomine Serenissimi Electoris Brandenburg. in Ducatu Magdeburgico ad Consultationem Dn. Theologorum & Jctorum Helmstädiensium publicatum hifce verbis: Daß zuförderst die Güthe zwischen Kl. und Besl. und ob sie ins künfftige einander wieder ehelichen beywohnen wollen, nochmals zu versuchen, würde nun selbiges entstehen, daß alsdenn die zwischen ihn vollzogene Ehe nun mehro quoad ipsum vinculum wieder aufzuhebe, Besl. aber gestalten Sachen nach anderweiter Verehligung sich zu enthalten, nicht weniger die aufgelauffene Unkosten jedoch Richterlicher Ermäßigung vor behältlich, zuerstatten schuldig.

§. XXVI.

Supereft denique ut secundum Thema Dissertationis nostræ propositum ultimo loco adhuc inquiramus, num maritus adulter, qui, ob perseverantem debiti conjugalis denegationem, ab uxore sua quoad vinculum per sententiam dissolutus est, novum iterum inire matrimonium valeat? Quanquam enim secundum sententiam Canonistarum *c. 12. x. d. Præsumpt. & Can. 23. Caus. 32. quest. 7.* dicendum esse videatur, in Civile esse partem nocentem commodum sentire ex suo delicto, criminibusque præbere incentivum, quod per indulgentiam novarum nuptiarum contingeret. Temperamentum tamen quoddam & quidem sub certa conditione suppeditavit *Dn. Lutherus in Lib. d. vita Conjug. Tom. 2. Jenensi Vol. 166.* quando scribit. Fragst du wo das andere bleiben soll, wenn es vielleicht auch nicht kan Keuschheit halten? Antwort, darum hat Gott im

Gesetz gebothen, die Ehebrecher zu steinigen, daß sie dieser Frage nicht bedürffen, also soll auch noch das Weltliche Schwerdt und Obrigkeit die Ehebrecher tödten. Wo aber die Obrigkeit säumig und nachlässig ist, und nicht tödten, mag sich der Ehebrecher in ein ander ferne Land machen, und freyen, wo er sich nicht kan halten. In quibus verbis duplicem adjicit limitationem cujus prior sicut non præsumitur, ita posterior, pro ratione novi matrimonii habetur, id quod multo magis ad præsentem casum nostrum accommodandum est, quo magis maritus adulter per denegationem debiti conjugalis eamque pertinacem causam accepit, nec adeo simpliciter nocens appellari poterit.

§. XXVII.

Placet proinde Responsum Facultatis Wittebergensis Juridicæ Mense Junii h. a. in *Causa C. A. S. contra* sein Ehe-Weib hic subjungere sequentem in modum conceptum. Wenn gleich ordentlicher weise apud Evangelicos post divortium ob adulterium dem parti nocenti eine anderweite Verzeihung und zwar deshalb nicht zugelassen wird, damit denen Eheleuten auf diese Arth sich ihrer Ehegatten zu entledigen, und andere zu erlangen keine Gelegenheit gegeben werde, zu Behauptung dessen auch einige den Locum Pauli ex I. Cor. 7. v. II. anzuziehen pflegen. Demnach aber und dieweil auch hierunter denen Gewissen zu consuliren, und denenjenigen, welche das donum continentia nicht haben, die Gelegenheit wieder fernern Sünden nicht zu entziehen, noch ihnen dasjenige, was in ihrer potestate nicht ist, imputiren, diesem nach mit Vorwissen der Geistl. Obrigkeit, und deren Zulassung unter gewissen Conditionen die Ehe verstattet wird, *Carpz. lib. 2. Jurisprud. Eccles. d. 191.* solches auch in denen Fällen um so viel mehr geschehen mag, wenn



wenn ein Ehegatte durch des andern seine Schuld zu dem Ehebruch verleitet worden, in übrigen obangezogener Locus Paulinus von einem solchen casu anzunehmen, da ein Weib sich de facto und privato aufu von ihren Manne sondert, und spes reconciliationis vorhanden, nicht aber auf dem Fall, da ob adulterium eine vollkommene Ehescheidung auctoritate publica geschehen, zustehen: bey welcher denn denen Paulinischen Principiis eodem capite zuwider lauffen würde, wenn man auch dem parti nocenti das remedium contra utiones gänglich entziehen wolte. So möchte Titio auf dem Fall, wenn er von der Titia geschieden werden solte, eine anderweite Ehe auf sein Ansuchen wohl gestattet werden.

§. XXVIII.

Videtur equidem tota hæc nostra assertio, ob denegationem debiti conjugalis adulterium extraordinaria pœna saltem efficiendum adulteroque sub certis conditionibus novum matrimonium concedendum multis difficultatibus imo etiam fraudum involucris esse supposita, dum conjux hanc malitiam committere possit ut alter eum averfari inciperet, causamque denegationis acciperet: Deinde etiam probatio hac in parte deficiens, si nulli testes haberiqueant, difficillimum reddet negotium, maxime si mulier, maritum debitum conjugale non petiisse asseveraverit, quæ denegatio semper præsupponit interpellationem factam, neque enim denegatum prius quid dici potest antequam petitum fuerit: quemadmodum Scabinatus Lipsiensis aliquando respondit ut ante omnia maritus hoc suum assertum probet, quod, cum veritas aliter indagari non potest, per juramentum expediendum esse existimo, hocque potius marito quam uxori neganti injungendum. Id quod præmissa Facti species pluribus confirmat. Hat Titius ein Mann in seinen besten Jahren, nachdem ihn sein Ehe-Weib Titia die Eheliche Pflicht versaget, und ihn nachgehends verlassen, sich mit seiner ledigen Dienst-Magd fleischlich vermisset, und selbige geschwängert, nachdem nun solches kund und der Weltlichen Obrigkeit denunciret, Titius auch zur Inquisition gezogen worden, sein Ehe-Weib aber ihm sein Verbrechen nicht verzeihen wollen, ist es endlich  
dahin

dahin gebiehet, daß derselbe vermittelst Eynes, wie ihm sein Ehe-Weib das Debitum conjugale versaget, und ihn deseriret, epdlich erhalten müssen, und darauf ihm die ewige Landes-Verweisung, weshalber er aber doch annoch gratiam principis zu erlangen vermeinet, zuerfant worden etc.

§. XXX.

Hæcque in deserto & desertrice obtinent in Saxonia. Quæ hæctenus dictam nostram sententiam confirmant, Poenam Adulteriū quippe ordinariam ob denegatum debitum Conjugale locum non invenire, licet divortium per sententiam nondum factum sit. Cujus poenæ mitigationi causam præbet existens jam sufficiens divortii causa, quæ efficit ut dissolvendum Matrimonium pro jam dissoluto habeatur. Ubi Coronidis loco ex *Const. Elect. 19. P. 4. Carprov. Pr. Cr. p. 2. qu. 58. n. 32.* annotamus, uxorem à marito desertam, aliumque maritum admittentem, in Foro Saxonico, ultra relegationem perpetuam sustigationem quoque sustinere debere: ut ut enim ob violationem sui matrimonii per sententiam nondum dissoluti relegatione tantummodo punienda esset, quia tamen, cum marito alieno rem habuit, & sic respectu hujus quoque thori adulterium committit, poenam sustigationis effugere nequit. Aliter vero res sese habet, in marito ab uxore deserto, qui si cum alterius uxore sese commiscuerit, poenam mortis non evitabit, quia de Jure Saxonico etiam juvenis ad alterius thorum accedens gladio puniri jubetur ex allegata *Constitut. 19. P. 4.*


§. XXX.

Subsistendum nunc est inter angustos pagellarum atque modestiæ limites, quos transgredi nefas esse arbitratus sum. Adeoque potius ad eum, cujus auspiciis hic labor inceptus, revertor, cui pro viribus concessis, quibus & ad finem pertingere licuit, gratias decentissimas persolvo.

COROLLARIA.

*Quando Inhibitio penalis pro parte confirmatur poena nibilo secius in solidum debetur,*

*Viduam que in honeste vixit supràtor dotare non tenetur neque in uxorem ducere, simplex simplex donatio in liberos facta non confertur.*








VD18

ULB Halle  
007 017 200

3







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

179.

1713, 20<sup>a</sup>

*St.*

DISPUTATIO JURIDICA  
 DE  
 MITIGANDA ADULTERII  
 POENA OB DENEGATUM  
 DEBITUM CONJUGALE,  
 QVAM

AUSPICIIS DIVINI NUMINIS  
 EX DECRETO ET AUTORITATE  
 MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS  
 PRÆSIDE

D. JOH. FRID. TROPFANNEGER, PP.  
 ORDIN.

PUBLICÆ DEFENDENDÆ  
 SUSCIPIET

CHRISTIAN. ABRAHAMUS SCHEDE, DRESD.  
 LL. STUD.

HORA LOCOQUE CONSUVETIS,  
 AD D. XVI. FEBR. M DCC XIII.

L I P S I Æ,  
 LITERIS IMMANUELIS TITII,

4/

*Mon*  
*Chon. Engel*

